HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 74
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& super prouincias siue generacionis quae nomen tuum non inuocauerunt quia
deuoraverunt iacob & locum eius consumserunt. & decus eius uel pascua
dissipauerunt siue ad solitudinem redigerunt hunc locum. & in psalmo legi
mus. dne ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me. & est sen
sus: meremur quidem omnia quae sustinemus & multo meremur maiora
quam patimur; uerum tamen hoc obsecro ut quasi pater me corripias. non
quasi aduersarius. ut me emendes quasi filium. & non punias quasi inimicum;
castigas enim omnem filium quem recipis. & per omnem dolorem hac flagel
lum emendas hierusalem; hostes autem qui non nouerunt te & prouinciae
siue regionis quae non inuocauerunt nomen tuum. nequaquam tuum debent sen
tire iudicium sed indignacionem; tradidisti enim nos ut emendaremur.
illi autem adgrauauerunt iugum suum; senis non pepercerunt. & paruulos
adflixerunt; comederunt nos & penitus deuoraverunt; & in tantam soli
tudinem redigerunt hierusalem. ut & publicarum & priuatarum aedi
um omnia dissiparent & populum tuum interficerent.

Uerbum quod factum est ad hieremiam ad dnm dicens; audite uerba pacti siue
testamenti huius. & loquimini ad uiros iuda & habitatores hierusalem.
& dices ad eos; haec dicit dns ds isrl; non quidem est positum in titulo.
sub quo tempore. uel sub quo rege. & quoto anno eius haec prophetia
facta est. sed intellegimus uel priori prophetie & tempori haec esse iun
genda. uel ceste post aliquod temporis interuallum prioris prophetie.
hunc dni ad prophetam factum esse sermonem. notandum est autem
quod uerbum uerith aquila & simmachus semper pactum. LXX. &
theodocio testamentum interpretati sunt. propriae autem nunc ad
hierusalem & ad uiros tribus iudae sermo dirigitur.

Maledictus uir qui non audierit uerba pacti huius. quod praecipi patri
bus uestris in die qua eduxi eos de terra egypti de fornace ferrea. di
cens; audite uocem meam. & facite omnia quae praecipio uobis. & eritis
mihi in populum & ego ero uobis in dnm. non propter generis priuile
gia non propter circumcisionis iniuriam. & totius sabbati. sed propter
oboedientiam. & ds efficitur populi isrl. & isrl populus eius. & hic quidem